

Fragmentum testamenti Elenae Moizae.

Anno Domini MCCLXXV., indictione VII., die Jovis XXV. in domo Botaz praesentibus ...
 Elena uxor quondam Bonifacii Moiz. sana mente per gratiam Jesu Christi licet languentem Inprimis mandavit quod janua ecc. Item de aliis libris XL. pp^{ta}, quae restant de dote sua voluit, & mandavit, quod detur pro Deo, & anima sua, & remissione omnium peccatorum suorum, ubi suam eligit sepulturam, fratribus Minoribus pro tunica una, & ex eo quod ponatur in martello sol. XXV. asten. Item sorori Beatrici de Montagnola de ordine humiliatorum sol. VIII. Item & omnibus aliis sororibus dicti ordinis de Aquis sol. X. asten. Item & confrariae S. Spiritus sol. VIII. Astenses ecc. in eo & quod superest de dictis lib. XL. ecc. VVilelmum Moicium, Dominam Blancam, & Andream filios suos sibi haeredes in aequali portione instituit ecc. Ego Henricus Mansio, Not. ecc. prout scriptum reperi Belengii Mulsi Stephani quondam nil addens ecc.

MCCLVIII. col. 234. n. 221. en variantes hujus documenti ex altero antiquo exemplari excerptae. lin. 60. post Aquensis adde & eos, qui solvere consueverunt. lin. 62. Johanninum lege Boninum. lin. 63. qui dixerunt omnes homines debere solvere praeter l. qui medio juramento dixerunt omnes homines de Bistagno consueverunt solvere in fodris, & collectis D. Episcopi Aquensis praeter domum &c. col. 235. lin. 2. & heredum l. domum. lin. 4. Ferra l. ferra.

MCCLIX. col. 235. n. 222. Temporis notas sic exhibet membrana Capituli indict. II. die Dominico IX. exeuntis martii; at notandum diem IX. exeuntis martii non Dominicam, sed lunae fuisse. In alia Capituli membrana, qua delegatio fit ad absolutionem impertiendam, dies mensis hoc alio modo descripta fuit 23. intrantis martii, quae sane computandi ratio haud scio, an alibi inveniatur; licet enim in numerandi methodo diversa sit a priore, convenit tamen perfecte cum illa. Utraque enim indicat diem XXIII., quae erat dies lunae, non Dominica; quae omnia satis superque demonstrant Notarios quandoque dormitasse, neque ab erroris periculo satis sibi cavisse. Nunc vero ad alias correctiones progrediar lin. 17. potestas Septebrii erat hoc anno Andreas. Calcamugius, ut ex aliis chartis hujus causae constat. lin. 27. dele Episcopi verbum. lin. 28. Vener D. lege unde dictus. Post duos annos Septebrienses iterum ob hanc causam excommunicationi subiecti fuerunt, ut patet ex sequenti charta ex membrana Capituli nuper a me exscripta.

Anno Domini MCCLXI., indictione III., die lunae X. januarii. In clauastro majoris Aquensis Ecclesiae infra scripti sunt homines de consilio Septebrii, qui juraverunt stare mandatis Ecclesiae uno vel pluribus in manibus D. Boyoni Aquensis Archipresbiteri, & delegati D. Aquensis Episcopi ad recipiendum Sacramenta, & ad absolvendum homines de Septebrio de excommunicatione, in qua erant pro damno, seu guasto dato in

nemore Canonorum Aquensium de monte rubeo, & juraverunt similiter stare mandatis D. Boyoni praedicti nomine Aquensis Capituli pro dicto damno, videlicet Petrus de Nigro, Ubertus Not., Bencius Nicolai Not., Jozolus, Resonatus, Arnaudus Blancus, Gavilius, Ector, Paganus D. Peroni, Albertus Ganili, Bernardus Bellotus, VVilelmus de Podio alpino, VVilelmus Artusi, Ugo montis videi, Marencus Burgi novi, Durantus, Rodulfus Cavaler, Ubertus Braidus, Rubens Belloti, Henricus de Podio alpino, Marufus, Rainerius Cornarius, Aquideus de Monte video, Philippus Petrazani, Vuilius, Petrus Carraza, Ubertus Petarellus, Gambera, Mignotus, Carrantus, quibus dictis hominibus dictus D. Archipresbiter praecipit sub Sacramento, quod ei fecerant in cetero in tali, vel consimili casu contra dictam Aquensem Ecclesiam ullatenus non incurrant, & inde hanc cartam ecc. Ego Bonus filius Not. Pal. interfui.

Post dies quatuor ab hac absolutione Dominus Bavonus Archipresbiter Septebrium adiit, ac in domo S. Michaelis omnes populares convocavit numero circiter 150., atque eis praecipit sub Sacramento, quod ei praestiterant, ne quidpiam damni unquam in posterum Ecclesiae Aquensi inferrent, ac demum eos ab excommunicatione absolvit.

MCCEXI. col. 238. n. 226. Hac ex membrana Capituli attente expensa emendanda mihi videntur. lin. 39. andona lege Andrea. lin. 40. Oddonis l. Dodo. lin. 42. Bovivonis l. Bovonis. lin. 54. convenire l. contravenire.

MCCLXIV. col. 341. n. 229. lin. 8. Martis prima Jan. corrige Mercurii. lin. 21. convenire l. contravenire. lin. 25. ubi puncta adde de monte Morixino.

MCCLXVII. col. 243. n. 233. Agitur in hoc documento de absolutione excommunicationis in Canonicos, & Clericos Aquenses inflictae ob non solutam Archiepiscopo Mediolanensi procuracionem iis impositam, uti clarius elucet tum ex reliqua hujus membrana parte, quam in tra edam, tum ex litteris delegationis, quibus Otto Archiepiscopus Mediolanensis Johanni Quaglato committit, ut omnium beneficiorum in Dioecesi Astensi, quae vacabunt primo anno fructus colligat, atque a Clero Aquensi procuracionem exigat, ut ex charta n. 231. Quia vero in Ecclesiarum visitatione procuratio solvebatur, idcirco dicendum ad haec tempora Archiepiscopum Mediolanensem Ecclesiam Aquensem visitasse, ac Synodum celebrasse, cujus compendium in illis capitibus contineri puto, quae in quodam chartaceo volumine sub initio saec. XIV. conscripto, ac in Episcopali Tabulario recondito conservantur, ac nunc primum post hanc animadversionem e tenebris, ubi huc usque delituerunt in publicam a me lucem educuntur. Quam autem ob causam Mediolanensi Archiepiscopo hac a Romano Pontifice facultas fuerit facta haud plane intelligo. Illud inficiari nemo poterit, istam quae hoc & sequiori aeo inducta fuit tributorum, ac decimarum ab Ecclesiis exigendarum consuetudo, haud modicam iis intulisse turbationem, & maxime in tenui hac, & paupere Dioecesi, uti palam fit ex aliis duobus documentis, quae ex Tabulario Capituli edenda deprompsi, quorum primum spectat praecipuum de decimis a Concilio Lugdunensi pro Terrae sanctae substi-